

HIC EGO prosa quinta. Sicut patet ex hiis que dicta sunt supra libro primo prosa ultima, tria fuerunt que precipue Boecium in desolationem impulerunt. Quorum ² unum erat quod ¹ ignorabat quid erat proprium ² et perfectum ² bonum hominis, contra quod consolata est eum Philosophia a principio secundi libri ³ usque ad finem tertii. Secundum erat quod malos homines potentes bonos ¹ vero impotentes et miseros estimabat, contra quod consolata est eum Philosophia a principio libri quarti usque huc. Tercium quod istas fortunarum ⁴ tices reputabat non ex ordine providentiae ⁴ diuinae sed casu ⁴ proyenire, contra quod consolatur eum Philosophia a loco isto usque ad finem libri quinti. Dividitur autem ista pars in duas ⁵ in quarum prima Boecius suam desolacionem explicat super eo quod fortunarum ⁴ tices apparent confuso et inordinato modo disponi. In secundo apponitur contra ⁶ hoc philosophica consolacio ibi (22) NEC MIRUM. Primo ergo Boecius continuando se ⁷ ad precedencia ostendit quid sibi adhuc de causa desolacionis ⁸ remaneat dicens (1) HIC ⁹ EGO id est ex dictis accepta occasione loquendi sic exorsus sum ¹⁰ VIDEO, INQUAM, QUE SIT VEL FELICITAS ¹¹ VEL MISERIA CONSTITUTA IN IPSIS MERITIS PROBORUM VEL IMPROBORUM quod dicitur ad differentiam felicitatis ¹² vel miserie quam assequitur quis post tempus merendi ¹³ vel demerendi de qua hic loqui non intendit, ut patet ex dictis supra proxima prosa. (3) SED PERPENDO NON NICHIL id est aliquid BONI

1 prosa quinta OJRD om. PPeG / 2 proprium et perfectum OJRD perfectum PPeG /
 3 secundi libti D(J 2) libri quarti Q quarti G libri RPe / 4 causam causam J /
 5 duas JORD quatuor PPeG / 6 contra JORD super PPeG / 7 pe JORD om. PPeG /
 8 con-
 8-desolacionis OJ / 9 hie PPeG hinc JORD / 10 sum siue (2) J / 11 fe-
 licitas JORD falsa felicitas PPrG /

falsa

MALIVE INESSE IN HAC IPSA FORTUNA POPULARI id est in ipsa fortuita prosperitate quam solum populus considerat quod probat per hoc quod subdit (4) NEQUE ENIM QUISQUAM SAPIENTUM MALIT id est ^{magis} ¹² maluit ^{magis} ESSE EXUL INOPS¹³ IGNOMINIOSUSQUE QUAM POLLENS OPIBUS HONORE REVERENDUS POTENCIA VALIDUS IN SUA PERMANENS URBE FLORE. (8) SIC ENIM OFFICIUM SAPIENCIE CLARIUS TESTACIUSQUE¹⁴ quia scilicet talibus plus creditur CUM BEATITUDO REGENCIUM TRANSFUNDITUR QUODAM MODO IN POPULOS CONTINGENTES id est vicinos tales enim qui ^{magis} diuiciis potencia et fama ceteros precellunt apciores sunt ad rem publicam administrandum quia apciores ad subyenendum oppressis et ad deprimendum malos, ad defendendum subditos ad expugnandum inimicos et ita sapienti agenti negocia rei publice necessaria est abundancia diuiciarum, que tamen sapienti vacanti ocio et contemplacioni propter hoc quod nimiam ingerit sollicitudinem est onerosa (10) CUM PRESERTIM quasi diceret bene dico quod sapientes malunt pollere istis que iam enumeravi CUM PRESERTIM CARCER¹⁵ LEX CETERAQUE TORMENTA LEGALIUM PENARUM quorum¹⁶ scilicet plurima consistunt in privacione predictorum DEBEANTUR CIVIBUS PERNICIOSIS POCIUS PROPTER QUOS ECIAM SUNT CONSTITUTA. (13) Igitur VEHEMENTER ADMIROR CUR HEC scilicet que desiderantur a sapientibus et constituta sunt pro malis puniendis¹⁷ MUTENTUR VERSA VICE verbi gracia

que
 12 ^{magis} JOD magis ^{magis} R maluit PPeG / 13 in opus J / 14 testacius-
 que D testanciusque PPeGJR tracta q3 O / 15 carcer J / 16 quorum JORD
 quoque PPeG / 17 prouniendis J /

SUPPLICIA SCELERUM PREMUNT BONOS PREMIA VIRTUTUM RAPIUNT MALI DESIDERO-
 QUE¹⁸ SCIRE EX TE QUE VIDEATUR RACIO CONFUSIONIS TAM INIUSTE. Si enim
 nulla sit racio ^uyidentur¹⁹ contingere fortuito²⁰ et a²¹ casu propter
 quod subdit (17) MINUS ENIM MIRARER SI COMMISCERI OMNIA CREDEREM FOR-
 TUITIS CASIBUS. (18) NUNC STUPOREM MEUM DEUS RECTOR EXAGGERAT de quo
 nichil nisi quod racio exigit potest presumi. Et tamen in regimine suo
^uyidetur apparere talis confusio casualis, propter quod subdit (19) QUI
 scilicet Deus CUM SEPE BONIS IOCUNDA MALIS ASPERA CONTRAQUE²² BONIS DURA
 TRIBUAT MALIS OPTATA CONCEDAT, NISI CAUSA DEPREHENDATUR, QUID EST QUO
 DIFERRE VIDEATUR A CASIBUS FORTUITIS ? quasi diceret nichil. Deinde cum
 dicit (22) NEC MIRUM contra istam desolacionem ponitur philosophica con-
 solacio. Et dividitur ^udec pars in duas²³ in quantum prima ostendit quod
 talis confusio appetit in regimine ^uydivino ex ignorancia cause. In secunda
 manifestat causam quare Deus sic disponit prosa sexta ibi²⁴ (1) ITA EST,
 INQUAM. Prima in duas diuiditur quia primo²⁵ docet appareniam huius
 confusionis provenire ex ignorancia cause. Secundo hoc declarat per
 exemplum metro quinto ibi SI QUIS ARCTURI. Circa primum duo facit.
 Primo enim dicit non esse mirum si appareat talis confusio, ut dictum est,
 ignorata causa. Unde dicit (22) NEC MIRUM, INQUIT scilicet Philosophia
 SI QUID CREDATUR CONFUSUM TEMERARIUMQUE id est casuale IGNORATA RACIONE
 ORDINIS. Secundo cum dicit (24) SED TU QUAMVIS docet quod licet ignoretur

 18 desidero quia J / 19 ^uyidentur JORD ^uyidetur PPeG / 20 fortuito JOR
 fortuite D fortuitu PPeG / 21 et a JOD ^uyel a R et PeG om. P / 22 qua-
 que J / 23 duo J / 24 sexta ibi Q sexta R secunda ibi D It J quinta
 ibi PeG quinta P / 25 primo PPeGOD prima JR /

causa tamen non potest credere quin racionalis causa semper subsit
 regimini ^{ut} divino. Unde dicit (24) SED QUAMVIS TU IGNORES CAUSAM TANTE
 DISPOSICIONIS scilicet divine TAMEN QUONIAM BONUS RECTOR TEMPERAT MUNDUM
 scilicet quia honestate sua Deus regit mundum ut declaratum est supra
 libro tercio id est prosa xi NE DUBITES CUNCTA RECTE FIERI.

[IV m 5]

SI QVIS ARTURI metrum quintum quod est dactilicum tetrametrum
 hypercatalecticum, de quo habitum est libro primo metro secundo.¹ Nota
 tamen quod hic primo et secundo loco ponitur aliquando trocheus aliquando
 iambus quod tamen supra² non fit quia est contra communem legem metri
 dactilici. Intentit in hoc metro declarare quomodo ea quorum cause non
 apparent ^{ut} videntur mira et deordinata. Et primo hoc manifestat per ex-
 empla ad propositum. Secundo per exemplum ad oppositum ibi (13) NEMO
 MIRATUR. Tercio manifestat idem per signum (19) CUNTA QUE. Ponit autem
 ad propositum, scilicet ad ostendendum quod propter latenciam causarum
 mirantur homines, duo exempla quorum primum est de³ eo quod³ accidit in
 stellis iuxta polum septentrionalem quia ille stell^a ceteris stellis
 remocioribus tardius moventur et tamen ^{ut} velocius oriuntur, quod ignorant^u
 causam videbitur mirum et contra legem uniformis motus qui est in celes-
 tibus. Est autem advertendum quod Arcturus dicitur ab arcton Grece quod
 est ursa Latine, unde quandoque accipitur pro Ursa que est quoddam signum
 iuxta polum septentrionalem quod nos ^{ut} folgariter plaustrum ^{ut} vocamus. Et

1 secundo JOD tercio R primo PPeG / 2 supra om. J / 3 de eo quod
JOR quod D quod de eo PeG quod eo P /